



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

11. Etiam illis, quoru[m] sexum ignorant?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

*a de sacram.
baptif. can. 2.*

monet parochiale (a) Ruremundense, si trahi non possit, tenebitur pastor p salute pueri pudorem viriliter exuere, & officium suum facere.

Q V Æ S T I O X I.

Etiã illis quorum sexum ignorant?

Quæstionis explicatio.

b verb. baptif. 3. s. ultimo.

ETiam hoc quibusdã tergiuersationis materiam adfert, q̄ ignorent cuius sexus sit puer, siue totus in lucem editus sit, siue in parte, existimant n. intentionem baptizantis ē r̄gi debere in masculũ vel femellã, neq̄ futurum baptismum, nisi intentionem in alterum sexum actualiter direxerint: cuius opin. existimat Hostien. fuisse (b) Syluester. Horũ occasione queritur, an illo casu excusentur pastores, an verò non obstãte ignorantẽ sexus illum baptizare teneantur.

Responsio.

c verb. baptif. 3. s. ult. d in 4. dist. 1. q. 5. art. 10.

Tenentur & illis baptismum ministrare non obstante huiusmodi ignorantie: Quia sexus cognitio (quicquid Hostien. dicat) non est necessaria ad baptismũ, sufficit n. illo casu intẽdere baptizare illam personam, q̄ prã manibus habet, siue masculinam siue femellam, vt bene parochiale (c) Leodien. & (d) Sotus annotarunt: Quinimo vana & perniciofa est huiusmodi sexus inuestigatio: Vana, quia si illa postposita, intẽdat quis

quis baptizare illum hominem qui ibi est, erit verum baptisma, vt commun. Dd. tradunt; pernicioſa vero, quia ſi intendat baptizare ſemellā excluſo maſculo, h. e. ita vt nolit baptizare maſculū, fieri poterit, vt q̄s putetur baptizatus, qui non erit, puta, ſi accideret puero, q̄ in Luſitania accidiffe narrat ^{a ſupr.} Sotus, vt in prouecta ætate membra viri, quæ illuc vſq; habuiſſet ventre incluſa prominere inciperent, & deprehenderetur ſeuera fuiſſe maſculus, hic nō eſſet vere baptizatus; Quare in caſu, de quo nūc agim⁹, negligenda eſt huiusmodi ſexus diſtinctio, & intētio dirigenda ſimpliciter in hęc perſonam, ſic nullus poterit interuenire error ſacramentum baptiſmi vitians: etſi n. ſpeculatiuē arbitretur quis baptizandum eſſe Petrum, ſit autem alius quicumq;, ſiue maſculus ſiue ſcēmina, ver⁹ erit baptiſmus, quia in intētiōe illa practica, qua ſ. applicat huic perſonæ baptiſmum, habetur ſufficienter intētio eccleſiæ ad baptiſmum requiſita.

Dices: Error perſonæ in matrimonio nullum reddit matrimonium, puta ſi quis putet ducere Mariam, & ducit Annam: ergo ſimiliter & baptiſmum.

ꝛ. Negando conſequentiam ꝓpter magnū vtriuſq; ſacramenti diſcrimen: Nam in matrimonio contrahentis intētio fertur

L 4 nomi-

nominatim in hanc q̄ animo concepit, vñ si præsens non sit hæc, non erit marim, quia deest intentio: baptizantis aut̄ intentio nõ determinat̄ in hanc, qua hæc est, sed absolute in præsentem.

Dices 2. Quo nomine baptizabitur?

a Act. 9.
b Act. 10.

c In candē-
labro aur. de
baptis. n. 62.

R. Nomen non esse de essentia sac̄ti, imo in primitiua ecclesia cum adulti baptizarentur, nõ mutabāt noīa, vt patet ex Saulo (a) Cornelio, (b) Augustino, Ambrosio. Deinde poterit (vt ait (c) Viualdus) indistincte masculi nomen dari, & postmodũ si superuiuat, cognito sexu suo sexui appropriari, vt si fœmina fuerit, & nomen impositũ est Ioannes, Ioãna, si Petrus Petronilla, debet n. in tali casu puer semp̄ mas̄ p̄sumi, vt nomen masculini non fœminini generis imponat̄.

Q V Æ S T I O XII.

An & illis quorum mors acceleranda putatur si baptisentur?

Quæstionis explicatio.

NON frustra Dd. hanc quæstionẽ mouent, morale n. est paruulos debiles & languidos ad baptismũ de ferri, quo fit vt obstetrices sollicitè illos fasciis & linteolis inuoluere, ac diligenter contegere soleant, ne ab aère, vento vel pluuia lædantur & extinguantur: Huius occasione q̄ritur, quid si puer ex peste infecta recēs natus, p̄pter humores